UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab Anno Domini D.XVIII. perducitur vsque ad Annum D.XC. nempe ab Anno primo Iustini Senioris, vsque ad quintum Mauritij Augusti. Complectitur annos LXXIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 543. Vigilii Pap. Annus 4. Ivstiniani Imp. 17. Totiliæ Reg. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14926

Visual Library

inde ipſi errandi emerſit occaſio, quod cum in Actis iam dicti Mauri Abbatis eiuſdem ſancti Benedicti diſcipuli aſſeratur, eundem ſanctum Benedictum eo anno ex hac vita migraſſe, cum contigit celebrari Paſcha duodecimo Kalendas Aprilis: & quod ex tabulis aſtronomicis & Paſchali computo id non inueniatur accidere potuiſſe, niſi dicto anno ſexceteſimo tertio, mox in eam ſententiam abijt, vt eo anno idem S. Benedictus diem extremũ obierit: nam ipſe ſub eodem anno ſic ait: *S. Benedictus Abbas (sicut ſuprà ſcribunt) duodecimo Kalend. Aprilium, ſabbato ſancto Paſchæ, in hoc anno videtur obijſſe.* verum ſequenti potius anno ſexceteſimo quarto & alias antea quingenteſimo nono, dicta die celebratum Paſcha in Eccleſia reperitur. At cum pluribus locis Dialogorum S. Gregorij inueniatur longe ante illa tempora ſanctus Benedictus eſſe defunctus, nihil eſt, vt ex notata in vita Mauri die obitus eius poſſit elici veritas de ipſius in cœlum tranſitus anno. Quomodo (rogo, te) potuit ſexceteſimo tertio anno Domini, qui fuit Pontificatus S. Gregorij Papæ nouiſſimus, mori S. Benedictus, ſi ipſe quarto ſui Pontificatus anno ſcribens Gregorius libros Dialogorum, ipſorum libro ſecundo vitam recenſuit & obitum ſancti Benedicti, multumque temporis interceſſiſſe ſæpe demonſtrat ab eiuſdem S. Benedicti morte, vſque ad eam Dialogorum ſcriptionem? Hæc cum ita ſe habeant, nonniſi mendum in Acta Mauri irrepſiſſe dicendum eſt de eius anni Paſchatis menſe, vel die. Hæc autem dicta ſunto ad redarguendos potius de tempore obitus S. Benedicti vulgatos errores, quam ad certum annum nobis incertum eius ad Deum tranſitus ſtatuendum: plura enim ab eo præclare geſta poſt hæc ſunt, quæ ſuis inferius reddemus locis.

IESV CHRISTI Annus 543.

VIGILII PAP. Annus 4. IVSTINIANI IMP. 17. TOTILÆ REG. 2.

I. QVingenteſimus quadrageſimus tertius Domini annus poſt Baſilij Conſulatum ſecundus inſcribitur, idemque à Procopio octauus belli Gothici numeratur, quo Totilas regni ſui annum ſecundum auſpicatur, cuius ſtus in bello progreſſus hoc anno Procopius narrat: *Cæſena deinde mox Totilas ac Petra præſidia cepit, & paulo poſt ſe in Tuſciam contulit, locaque in ea iam pertentatis, cum aſſenſus non conciliaret, amne Tiberino tranſmiſſo, non tamen vrbis ingreſſus confinia, ad Campanos & Samnites diuertit.* Quid autem ei acciderit, cum Romam verſus proficiſceretur, vbi Narniam venit, audi ſanctum Gregorium *b*:

II. *Eodem namque Gothorum tempore, cum præfatus Rex Totila Narniam venisset, ei vir vitæ venerabilis Caſſius eiuſdem vrbis Epiſcopus occurrit. Cui quia ex conſpersione ſemper faciei rubere conſueuerat, hoc Rex Totila non conſperſionis eſſe credidit, ſed aſſiduæ potationis, eumque omnimodo deſpexit. Sed omnipotens Deus, vt quantus vir eſſet, qui deſpiciebatur, oſtenderet: in Narnienſi campo, quo Rex aduenerat, malignus ſpiritus coram omni exercitu eius Spatharium inuaſit, eumque vexare crudeliter cœpit. Qui cum ante Regis oculos ad venerandum virum Caſſium fuiſſet adductus: hunc ab eo vir Domini, oratione facta, ſigno Crucis expulit: qui in eum ingredi vlterius non præſumpſit. Sicque factum eſt, vt Rex barbarus ſeruum Dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem deſpectum valde iudicauit ex facie. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga illum illa mens efferata ab elatione ſua detumuit,* hæc Gregorius.

III. Cum autem Narnia decedens Totilas Vtriculanæ ciuitati appropinquaret, quid acciderit, idem Gregorius his verbis inferius narrat *c*: *Fulgentius Epiſcopus, qui Vtriculanæ Eccleſiæ præerat, Regem crudeliſſimum Totilam infenſum omnimodo habebat. Cumque ad eaſdem partes cum exercitu perueniſſet, cura fuit Epiſcopo per clericos ſuos xenia ei tranſmittere, eiuſque furoris inſaniam, ſi poſſet, muneribus mitigare. Quæ ille, vt vidit, protinus ſpreuit, atque iratus ſuis hominibus iuſſit, vt eumdem Epiſcopum ſub omni aſperitate conſtringerent, eumque eius examini ſeruarent. Quem dum feroces Gothi, miniſtri ſcilicet crudelitatis illius tenuiſſent, circumdantes eum vno in loco ſtare præceperunt, eique in terra circulum deſignauerunt; extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir Dei in Sole nimio æſtuaret, ab iiſdem Gothis circumdatus & deſignatione circuli incluſus, repente coruſcationes & tonitrua & tanta vis pluuiæ erupit, vt hi, qui eum cuſtodiendum acceperant, immenſitatem pluuiæ ferre non poſſent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eamdem d. ſignationem circuli, in qua vir Domini Fulgentius ſtetit, ne vna quidem pluuiæ gutta deſcendit. Quod dum Regi crudeliſſimo nunciatum eſſet, illa mens efferata ad magnam eius reuerentiam verſa eſt; cuius pœnam prius inſatiabili furore ſitiebat. Sic omnipotens Deus contra elatas carnalium mentes potentiæ ſuæ miracula per deſpectos operatur, vt qui ſe ſuperbia contra præcepta veritatis ſe erigunt, eorum ceruicem veritas per humiles premat.* hactenus Gregorius.

IV. Pergit autem Procopius Totilæ progreſſus in Campaniam: atque Samnites dicere, quæ prætermittimus. Referemus vero, quid actum, dum in Campania eſſet, cum S. Benedicto iuniori egregiæ ſanctitatis viro; quod dignum perenni memoria factum idem ſanctus Gregorius ita narrat *d*: *Fuit* (inquit) *quidam in Campaniæ partibus intra quadrageſimum Romanæ vrbis milliarium, nomine Benedictus equidem ætate iuuenis, ſed moribus grandæuus, & in ſanctæ conuerſationis regula ſe fortiter ſtringens. Quem Totilæ Regis tempore cum Gothi reperiſſent, hunc incendere cum ſua cella moliti ſunt. Ignem namque poſuerunt, ſed in circuitu arſerunt omnia, cella vero illius igne comburi non potuit. Quod videntes Gothi, magiſque ſæuientes, atque hunc ex ſuo habitaculo trahentes, non longe aſpexerunt ſuccenſum clibanum, qui coquendis panibus parabatur, eumque in illo proiecerunt, clibanumque clauſerunt. Sed die altero ita illæſus inuentus eſt, vt non ſolum eius caro ab ignibus, ſed neque extrema vllo modo veſtimenta cremarentur.* hæc Gregorius. Quæ vero, cum vlterius Totilas progreſſus eſt ad Caſſinum montem, ſexageſimo ab Vrbe lapide, inter S. Benedictum Seniorem & Totilam tranſacta ſint, iam dicamus.

V. Adeo enim ſanctiſſimi viri Benedicti in eodem Caſſino monte vitam monaſticam excolentis, & virtute miraculorum effulgentis fama apud omnes increbuerat, vt ipſa potens etiam valuerit trucem barbarum omnia cæde miſcentem Totilam Gothorum Regem ad eumdem ſuper montis verticem degentem pertrahere. Quæ autem tunc geſta ſint inter mitiſſimum Dei virum & hominem barbarum crudeliſſimum, à S. Gregorio *e* rem geſtam accurate narrante audiamus: *Gothorum* (inquit) *temporibus, cum Rex eorum Totila ſanctum virum prophetiæ habere ſpiritum audiſſet, ad eius monaſterium pergens, paulo longius ſubſtitit, eique ſe venturum eſſe nunciauit. Cui dum protinus mandatum de monaſterio fuiſſet vt veniret: ipſe ſicut perfidæ mentis fuit, an vir Dei prophetiæ ſpiritum haberet, explorare conatus eſt. Quidam vero eius ſpatharius Riggo dicebatur, cui calciamenta ſua præbuit, eumque indui veſtibus regalibus fecit: quem quaſi in perſona ſua pergere ad Dei hominem præcepit. In cuius obſequio tres, qui ſibi præ cæteris adhærere conſueuerant, Comites miſit, ſcilicet Vulterium, Ruderiaum, & Blindinum, vt ante ſerui Dei oculos ipſum Regem Totilam eſſe ſimulantes, eius lateri obambularent, cui alia quoque obſequia quaſi ſpatharij præberent: vt tam ex eiſdem obſequiis, quam ex purpureis veſtibus Rex eſſe putaretur.*

VI. *Cumque idem Riggo decoratus veſtibus, obſequentium frequentia comitatus monaſterium fuiſſet ingreſſus, vir Dei eminus ſedebat. Quem venientem conſpiciens, cum iam ab eo audiri potuiſſet, clamauit, dicens: Pone fili, pone hoc quod portas, non eſt tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit: & quia tanto viro illudere præſumpſiſſet, expauit, omneſque, qui cum eo ad hominem Dei veniebant, terræ conſternati ſunt. Surgentes autem, ad eum propinquare minime præſumpſerunt, ſed ad ſuum Regem reuerſi nunciauerunt trepidi, in quanta velocitate fuerant deprehenſi. Tunc per ſe idem Totila ad Dei hominem acceſſit: quem cum longe ſedentem cerneret, non auſus accedere, ſeſe in terram dedit. Cui cum vir Dei bis terue diceret, Surge: ſed ipſe ante eum de terra erigere ſe nõ auderet: Benedictus Chriſti Ieſu famulus per ſemetipſum dignatus eſt accedere ad Regem, proſtratumq; de terra leua-*

Margin notes: *a* Procop. de bell. Goth. lib. 3. — TOTILAS ... — *b* Greg. dial. lib. 3. c. 11. — MIRA... — *c* Greg. dial. lib. 3. c. 12. — ... — *d* Greg. dial. lib. 3 c. 18. — S. BENEDICTI IVNIORIS GRANDE MIRACVLVM. — TOTILAS INVISIT S. BENEDICT. — *e* Greg. dial. lib. 2. c. 14. & 15. — TOTILAS DE S. BENEDICTO EXPERIMENTVM FACIT. — RES TRANSACTÆ INTER S. BENEDICTVM ET TOTILAM

ra leuauit, & de ſuis actibus increpauit: atque in paucis ſermonibus cuncta, quæ illi erant ventura, prænunciauit, dicens: Multa mala facis, multa mala feciſti: iam aliquando ab iniquitate conquieſce. Equidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouem annis regnans, decimo morieris: Quibus auditis Rex vehementer territus, oratione petita, receſſit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & non multo poſt Romam adiit, ad Siciliam perrexit: anno autem regni ſui decimo omnipotentis Dei iudicio regnum cum vita perdidit.

VII. QVID DE VRBIS CLADES, BENEDICT. VATICINATVS.

Præterea Canuſinæ Antiſtes Eccleſiæ ad eundem Dei famulum venire conſueuerat, quem vir Dei pro vitæ ſuæ merito valde diligebat. Is itaq; dum cum illo de ingreſſu Regis Totilæ & Romanæ vrbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc Regem ciuitas iſta deſtruetur, vt iam non amplius inhabitetur. Cui vir Domini reſpondit: Roma à gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus, coruſcis, turbinibus, ac terræ motu fatigata, in ſemetipſa marceſcet. Cuius prophetiæ myſteria nobis iam facta ſunt luce clariora, qui in hac vrbe diſſoluta mœnia, euerſas domus, deſtructas eccleſias turbine cernimus; eiuſq; ædificia longo ſenio laxata, quia ruinis crebreſcentibus proſternuntur, videmus. Quamuis Honoratus eius diſcipulus, cuius mihi relatione compertum eſt, nequaquam ex ore illum audiſſe perhibet: ſed quia hoc dixerit, dictum ſibi à fratribus fuiſſe teſtatur. hactenus de his Gregorius.

VIII.

Quæ præterea eodem ferme tempore inter eundem S. Benedictum & Gallam vnum ex Totilæ Ducibus acta ſint, idem S. Gregorius inferius ita recenſet *a*: *Gothorum quidam, Galla nomine perfidiæ fuit Arianæ, qui Totilæ Regis eorum temporibus contra Catholicæ Eccleſiæ religioſos viros ardore immaniſſimæ crudelitatis exarſit, ita vt quiſquis ei clericus, monachuſve, ante faciem veniſſet, ab eius manibus nullo modo exiret. Quadam vero die auaritiæ ſuæ æſtu ſuccenſus, in rapinam rerum inhians, dum quemdam ruſticum tormentis crudelibus affligeret: eumque per ſupplicia diuerſa laniaret: victus pœnis ruſticus ſeſe res ſuas Benedicto Dei famulo commendaſſe, profeſſus eſt, vt dum hoc à torquente creditur, ſuſpenſa interim crudelitate ad vitam hora repararetur. Tunc idem Galla ceſſauit ruſticum tormentis affligere: ſed eius brachia loris fortibus aſtringens, ante equum ſuum cœpit impellere, vt quis eſſet Benedictus, qui eius res ſuſceperat, demonſtraret. Quem ligatis brachiis, ruſticus antecedens, duxit ad ſancti viri monaſterium, eumque ante ingreſſum cellæ ſolum ſedentem reperit & legentem: Eidem autem ſubſequenti & ſæuienti Gallæ ruſticus dixit: Ecce iſte eſt, de quo dixeram tibi, Benedictus pater.*

a Gregor. dial. l. 2. c. 31.
DE GALLA DVCE ET S. BENEDICTO.

IX.

Quē dum feruido ſpiritu cum peruerſæ mentis inſania fuiſſet intuitus, eo terrore, quo cōſueuerat, acturū ſe exiſtimans, magnis cœpit vocibus clamare dicens: Surge, ſurge, & res iſtius ruſtici redde, quas accepiſti. Ad cuius vocem vir Dei protinus oculos leuauit à lectione, eumq; intuitus, mox etiam ruſticum, qui ligatus tenebatur, attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexiſſet, miro modo tanta celeritate cœperunt illigata brachiis lora deuoluere, vt diſſolui tam citò nulla hominū feſtinatione potuiſſent. Cumque is, qui ligatus venerat, cœpiſſet ſubito aſtare ſolutus: ad tantæ poteſtatis vim tremefactus Galla ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius veſtigia inclinans, ſe orationibus illius commendauit. Vir autem ſanctus à lectione minime ſurrexit, ſed vocatis fratribus, eum introrſus tolli, vt benedictionem acciperet, præcepit. Quem ad ſe reductum, vt à tanta crudelitatis inſania quieſcere deberet, admonuit. Qui fractus recedens nil vlterius petere à ruſtico præſumpſit, quem vir Domini non tangendo, ſed reſpiciendo ſoluerat, hucuſque de his Gregorius.

NOVIT GALLA DIVIN. VIRTVTEM.

X.

Cum vero Gothorū exercitus ad Vulturnum fluuiū ſuper Capuam, vbi amnis tranſmeabilis equis eſt, iturus ad Samnites perueniſſet: quid ibi acciderit, recenſeamus ex eodem S. Gregorio Papa, qui ait *b*: *In eadem prouincia Samnij, quam ſupra memoraui, idem Libertinus vir pro vtilitate monaſterij carpebat iter. Dumq; Darida Gothorū Dux cum exercitu in loco eodem veniſſet, Dei ſeruus ex caballo, quo ſedebat, ab hominibus eius proiectus eſt. Qui iumenti perditi libenter damnum ferens, etiā flagellum, quod tenebat, diripientibus obtulit dicens: Tollite: vt habeatis, qualiter hoc iumentū minare valeatis. Quibus dictis, protinus ſe in orationem dedit. Curſu autem rapido prædicti Ducis exercitus peruenit ad fluuiū, qui vocatur Vulturnum, ibiq; equos ſuos ſinguli cœperunt haſtis tundere & calcaribus cruentare: ſed tamen equi, verberib. caſi, & calcarib. cruentati, fatigari poterant, moueri non poterant, ſicque aquam fluminis tangere, quaſi mortale præcipitium pertimeſcebant. Cumque diu cædendo ſeſſores ſinguli fatigarentur: vnus eorum intulit: quia ex culpa, quam ſeruo Dei in via fecerant, illa ſui itineris diſpendia tolerabant. Qui ſtatim reuerſi poſt ſe Libertinum repererunt in oratione proſtratū. Cui cum dicerent: Surge, tolle caballum tuum, Ille reſpondit: Ite cum bono: ego caballo opus nō habeo. Deſcendentes vero inuiti eum in caballum, de quo depoſuerant, leuauerunt, & protinus abſceſſerunt. Quorum equi tanto curſu illud, quod prius nō poterant tranſire, flumen tranſierunt, ac ſi ille fluminis alueus aquā minime haberet. Sicque factum eſt, vt cum ſeruo Dei vnius caballus ſuus redditur, omnes à ſingulis reciperentur.* hæc Gregorius. Ita quidem Deus in omnibus ferme locis virtutis ſuæ veſtigia impreſſa reliquit.

b Greg. dial. lib. 1. c. 2.
S. LIBERTINI RES GESTÆ CVM DVCE GOTHOR.

XI.

Sed quid poſt hęc Totilas? audi à Procopio, vbi iſta dictis ſubdit *c*: *Beneuentū munitiſſimum oppidum nullo in poteſtatem labore redegit, eiuſq; muros in ſolū mox diruit, ne forte exercitus aliquis è Bizantio eo ſe cōferens, vt è loco munito in Gothos impetu facto, negotium illis exhiberet. Neapolitanos deinde obſidere decreuit, quandoquidem ſe intra vrbem recipere, et ſi plerAq; quidem & alia ſibi dia præbiantem, hi prorſus renuerent. Conon eam tunc vrbem cuſtodiebat cum Iſauris, Romaniſque mille. Sed Totilas ipſe cum maxima copiarum parte haud procul à mœnib. caſtris poſitis quieſcebat, parteq; exercitus ad Cumas dimiſſa, cum his & aliis ſimul muniti ſſimis locis potitur, pecuniarumq; numero non mediocri. Fœminas vero quaſdam patricias captis in oppidis per ſuos cōprehenſas nulla prorſus affecit iniuria, ſed ſumma cum diligentia libere abire permiſit: vnde factum eſt, eius vt nomē, vt ſapientiæ, ita & benignitatis celebre apud Romanos iam eſſet & maximi fieret.* Ex S. Benedicti monitis (vt ex S. Gregorio nuper diximus) hoc eſſe locutum Totilam, vt redditus mitior eiuſmodi humanitatis & cōtinentiæ exempla ederet, poſſumus intelligere. Sed pergit Procopius.

c Procop. de bello Goth. lib. 3.
PROGRESSVS TOTILÆ.

TOTILAM MONITIS S. BENEDICTI PROFECIT.

XII.

Cumque nuſpiam hoſtes ſibi obuiam irent, paucis è ſuo exercitu circūmiſſis, res memoratu dignas gerebat. Brutios itaque & Lucanos ſubegit, Apuliaq; & Calabria ſimul potitus publica tributa frequenter exigere, & omnium rerum prouentus rapiendo & fraudando ſibi habere, cætera haud ſecius factitare, ac ſi Italiæ fortitus iam eſſet Imperium. hæc Procopius, quibus iſta ex S. Gregorio ſunt addenda de eodem Totila, dum in Apulia verſaretur, & S. Sabinum Canuſinum Epiſcopum adiit, æque ac fecerat cum ſancto Benedicto, experturus, num (quod auditu perceperat) eſſet in ipſo Spiritus prophetiæ. Hic ille Sabinus, qui pluribus (vt diximus) legationibus Romani Pontificis illuſtratus, iam ſenio viribus corporis fractus, ſed animo vigens, & cum oculorum luce priuatus penitus eſſet, ſpiritu tamen futura noſcens, Prophetæ & videntis nomen fuerat conſecutus. Ait ergo de eo Gregorius *d*:

d Greg. dial. lib. 3. c. 5.

XIII.

Hunc Rex Gothorū Totila prophetiæ habere ſpiritū audiens, minime credidit, ſed probare ſtuduit, quod audiuit, qui cum in iiſdē partibus deueniſſet, hunc vir Domini ad prandiū rogauit: Cumq; iam ventū eſſet ad menſam, Rex diſcumbere noluit, ſed ad Sabini venerabilis dexteram ſedit. Cum vero eidem Patri puer ex more poculum vini præberet, Rex ſilenter manum tetēdit, eumq; per ſe Epiſcopo vice pueri præbuit, vt videret, an ſpiritu prouidentiæ diſcerneret, quis ei poculū præberet. Tunc vir Dei accipiens calicem, ſed tamen miniſtrum nō videns, dixit: Viuat ipſa manus. De quo verbo Rex lætatus erubuit; quia quamuis ipſe deprehenſus ſit, in viro tamen Dei, quod quærebat, inuenit. Hęc de his, quæ tunc inter Totilam & Sabinum ſunt geſta, Gregorius.

DE S. SABINO EPISCOPO CANVSINO ET TOTILA.

XIV.

Accidit autem inter hæc, vt cum Neapolis arcta obſidione perſtringeretur, auxilii expectaret ab Imperatore. At cum claſſis ab eo miſſa ad Neapolitanum littus ventorum impulſibus naufragium paſſa eſſet, quique è fluctibus emerſerant, in Gothorū deueniſſent poteſtatem: his perterriti Neapolitani, Totilæ ſeſe dedere. Horum deditione anni huius periodum Procopius claudit Totilæ rerum geſtarum. Quod vero Totilas tantam præſtiterit ſuperatis humanitatem, non parcendo tantum ſed alendo & commeatum eiſdem præbendo, vt neque aliquis propinquorū vel intimorum amicorū talia illis officia exhibere valuiſſet, vt idem auctor plurib. narrat. plane apparuit, quantum ex S. Benedicti congreſſu atq; mo-

nitis barbarus profeciſſet, effectus inſuper ſummæ iuſtitię cultor eum videlicet anno ſequenti in armigerum ſuum animaduerterit, quod virgini vim intuliſſet, cui & morte affecti armigeri bona dari voluit: quæ omnia fuſius Procopius ſcripſerit eſt proſecutus.

XV. Quod vero ad res bellicas Orientales pertinet, ruſum rupto fœdere Rex Perſarum in Romanum Imperium immiſit exercitum: hoc enim anno à Procopio ſecunda ponitur Coſrhois in Romanos expeditio, cum Beliſarius aduerſus eum bellum geſturus in Perſidem miſſus eſt: vbi vno tantum caſtro capto, eodemque poſtea amiſſo, nihil præterea memoria dignum eſt factum, Deo aduerſus Romanos pro Perſis pugnante, cum videlicet ægritudo inuaſerit Romanum exercitum, adeo vix pars eius tertia ſeruari potuerit. ſcribit hæc Procopius a pluribus: ſed ad iſtituturum iſta ſatis. a Procop. de bello Perſ. lib. 2.

IESV CHRISTI
Annus 544.

VIGILII PAP. Annus 5. IVSTINIANI IMP. 18. TOTILÆ REG. 3.

I. [illegible] QVingenteſimus quadrageſimus quartus Chriſti annus notatus reperitur in Conſularibus tabulis poſt Baſilij Conſulatum tertio, idemque à Procopio numeratus belli Gothici nonus: quo Totilas Vrbem cogitans eam prius litteris ad Senatum iterum ſcriptis, quã armis tentare decreuit. ſed cum Ioannes Præfectus, Cõſtantinopoli olim miſſus, illic eſſet, Senatum in officio continens, ille reſcribere vetuit: cuius rei cauſa Totilas indignatus, Romam verſus ad eius obſidionem exercitum mouet cum iſtis admonitus Iuſtinianus, Beliſarium è bello Perſico reuocans in Italiam miſit, hæc ſunt, quæ hoc anno nono Gothici belli accidiſſe Procopius tradit, additque hoc item anno factum, vt omnes, qui Arianæ hæreſis Romæ ſuſpecti haberentur, ne proderent Gothis iidem Arianis Vrbem, inde protinus pellerentur, id opera (vt creditur) Vigilij Papæ, à quo etiam illud procuratum fuiſſe videtur, vt Beliſarius in Italiam mitteretur. Hæc quidem primo accipe à Procopio, qui ait b *Ipſe vero cum maiori & reliqua parte exercitus ad circumiecta Vrbi loca ductare ſtatim contendit. Cuius profectione cognita Imperator, etſi fortiſſime adhuc ſibi inſiſtentib. Perſis, mittere rurſum in Italiam Beliſarium cogitur*, hæc ipſe. Quod vero de his rogatu à Vigilio Papa Iuſtinianus Imperator annueret, auditque Arator in præfatione ad ipſum Vigilium præfixa Heroico carmini, quo Acta Apoſtolorum cecinit, habet his verſibus: b Procop. de bello Goth. lib. 3.

Mœnibus vndiquaque bellorum incendia cernens,
Pars ego tunc populi tela pauentis eram:
Publica libertas Vigili ſanctiſſime Papa,
Admiſ inclusos ſoluere vincla greges.
De gladio rapiuntur oues, Paſtore miniſtro,
Inque humeris feruntur, te reuocante, pio.
Corporeum ſatis eſt ſic euaſiſſe periculum,
At mihi plus animæ naſcitur inde ſalus.
Eccleſiam ſubeo, dimiſſa naufragus aula,
Perfida mundani deſero vela freti, &c. ad finem vero hæc habet.
Te duce, tyro lego, te dogmata diſco magiſtro.
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit. hæc ad Vigiliũ

II. Papam Arator: qui hoc eodem anno iam ordinatus Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus ipſum nobile elucubratum à ſe carmen, quo luculenter Apoſtolorum Acta à Luca conſcripta proſecutus eſt, egregium opus Vigilio Papæ obtulit, nam quo die, menſe & anno id factum, continet Vaticanus codex eiuſdẽ carminis, in quo iſta leguntur. *Beato Petro adiuuante oblatus eſt huiuſmodi codex ab Aratore ſubdiacono ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, & ſancto & Apoſtolico viro Papæ Vigilio, & ſuſceptus ab eo die 8. Idus April. in Presbyterio ante Confeſſionem beati Petri cum ibidem plures Epiſcopi, presbyteri, diaconi & cleri pars maxima intereſſent. Quem cum ibidẽ legi pro aliqua parte feciſſet, Surgentius vir venerabilis Primicerius ſcholæ Notariorum in ſcrinio dedit Eccleſiæ collocandum. Cuius* * *beatitudinem litterati omnes doctiſſimique continuo rogauerunt, vt eum iuberet publicè recitari. Quod cum fieri præcepiſſet, in Eccleſia Beati Petri, quæ vocatur Ad Vincula, religioſorum turba conuenit; atque eodem Aratore recitante, diſtinctis diebus ambo libri, ſeptem vicibus ſunt auditi, cum vnius medietas libri, tantũmodo legeretur propter repetitiones aſſiduas, quas cum fauore multiplici poſtulabant. Eadem hæc repetitio facta eſt his diebus: Prima Idibus Aprilis, ſecunda decimoquinto Kalendas Maij. quarta vero tertio Kalendas Iunij. tertio anno poſt Conſulatum Baſilij V. C. Indictione VII.* hæc ibi. Porro de eodem Aratore poeta qui Apoſtolorum Acta metro cecinit, hos habet verſus Venantius Fortunatus: ARATOR SVBDIACON. CARMEN IN ACT. APOST. VIGILIO OFFERT. * Cum eius.

Sortis Apoſtolicæ quæ Geſta vocantur & Actus,
Facundo eloquio vates ſulcauit Arator. At de ipſo ſatis. c Fortun. carm. de Vita S. Martini lib. 1.

III. Quod autem ad Orientales res pertinet, hoc anno à Procopio d bellum Perſicum ſcriptis proſequente tertia ponitur Coſrhois in Romanorum ditionem irruptio, cum Sergiopolim tentauit ciuitatem, quæ præſidio S. Sergij munita, eiuſque patrocinio defenſa illæſa permãſit: de qua primum quid idem Procopius tradat, audiamus: *Vere* (inquit) *poſtea ineunte. Coſrhoes tertiam in Romanorum regionem irruptionem maximo fecit exercitu, Euphratem dextrorſus habens Candidus autem Sergiopolis Præſul poſtquam Perſarum exercitum prope mœnia perſpexit, timens & ſibi & ciuitati, quod pacta inter eos priora non ſeruauerit, ſeſe vltro excuſans, Coſrhoi occurrit, ac rogans, ne propterea ciuitati ſit iratus: nam ei pactam pecuniam numquam fuiſſe, quam ei pro redemptis Surenis (vti ſupra commemorauimus) debebat. Coſrhoes autem ipſum in cuſtodiam duci, atque corpus eius probris omnib. affici, pecuniam deinde duplam, atque prius conuenerat, exſolui iuſſit. Ille vero Sergiopolim aliquos mitti rogauit, qui omnem pretioſam templi ſupellectilem auferrent, cum quibus etiam alios ipſe miſit. His Sergiopolitani quæcunque ſunt iuſſa, tradidere, ſibi nihil aliud relictum dicentes. Cumque Coſrhoes non ſatis hoc eſſe diceret, aliaque expeteret, adhuc alios de bonis eorum nomine quidem veſtigatũ miſit, re autẽ vera vt vrbem caperet.* d Procop. de bello Perſ. lib. 2. TERTIA COSHROIS IN ROMANOS EXPEDITIO.

IV. *Sed quando diuinitus datum non erat, vt ea potiretur, quidam è Sarracenis Chriſtianus alioquin ſub Alamandaro militans, Ambrus nomine, nocte per muros aſcendens, omne conſilium ciuibus nunciauit, ſuaſitque nullatenus Perſas in vrbem recipiendos. Sic igitur à Coſrhoe miſſi, ſine effectu reuerterunt. Quamobrem idẽ vrbẽ euertere ſtatuit: protinuſq; exercitu ſex milliũ miſſo, mœnia obſidere atque oppugnare cœpit. Sergiopolitani autem fortiter ab initio reſiſtentes, deinde periculum metuentes ciuitatem hoſti dedere decreuerunt: milites enim non plus quam ducenti erant. Sed Ambrus rurſus ad mœnia noctu veniens, duorum tantum ſpatio dierum Perſarum obſidionem duraturam dixit, aqua eis deficiente. Quapropter illi nullatenus in ſermonem cum hoſte venerunt. Interim vero barbari, premente ſiti, inde diſcedentes, ad Regem venerunt, qui Candidum adhuc non dimiſerat: oportebat enim (exiſtimo) illum tamquam periurum à ſacerdotio deiici. Et hæc quidem ſic ſe habuere.* hucuſque de his Procopius, qui ſubdit in fine: *At Beliſarius rurſus ab Imperatore accerſitur Byzantium, vt in Italiam iterum mitteretur, rebus iam Imperij collabentibus.* SERGIOPOLIS DIVINITVS DEFENSA.

V. De rebus autem ſacris ad ipſum Coſrhoem aſportatis è templo hæc addit Euagrius e: *Simul vt mœnia aggreditur, ſit vtrinque ſermo & colloquium de ſeruanda ciuitate: conuenitque inter eos, vt ſacris theſauris ac monumentis (inter quæ Crux à Iuſtiniano & Theodora miſſa fuit) vrbs redimeretur. Vbi iſta ſunt ad Coſrhoem apportata, percunctatur à ſacerdote & Perſis, qui cum eo ad eam rem miſſi erant, et quæ alia ſupereſſent? Cui quidã eorum, qui verum dicere minime conſueuerat, reſpondet, alia etiam adhuc monumenta reſtare à paucis quibuſdam ciuibus occultata. Relinquebatur autem ab his, qui theſauros & monumenta attulerant, auri argentique prorſus nihil, ſed alterius cuiuſdam materiæ multo præſtabilioris, quæ Deo omnino dicata fuit, ſanctiſſimas dico reliquias Sergij inuicti Chriſti martyris, quæ in capſa erant oblonga argentoque obducta repoſitæ.* e Euagr. lib. 4. c. 27. ECCLESIÆ THESAVRI AD COSRHOEM DELATI.

VI. *Itaque poſtquam Coſrhoes his verbis perſuaſus totum exercitũ*